Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ligatur: Inclinatur: dū immensa sollicitudine bonorum & fidelis prædicatoris animam; pro salute commissorum distenditur. De qua inclinatione dominus ad iob dicit: cū sub paturitione ceruæ sollicitudinem fidelium doctorum exprimit. Incurvantur ad terram: & emittunt rugitum. De hac etiam inclinatione eggregii gentium doctor dicit. Preter illa q̃ extrinsecus est instantia: cotidiana mea sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur: & ego non infirmor: Quis scandalizatur: & ego non uror: Sic contra mare circumitur: cū prædicationis carbasa tentationum ventis & procellis oppugnantur. De q̃ man psalmista loquitur: Hoc mare magnum & spacio sum manibus: illic reptilia quorum non est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibit. Sup hoc mare dominus ambulat: cum surgens ad fidelium preces: ventis & mari imperat. A meridie montis: qui bethoron respicit: contra affricum. Meridies montis: est revelatio prædicationis: quæ bethoron respicit: qua prædicatio speculationem egerunt: quam bethoron. scilicet dominum montium exprimit. De qua speculatione dominus ad elechielem loquitur: Fili hominis: speculatorem dedi te domui israhel. Audiens ergo ex ore meo sermonem: annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: impie morte morieris: nisi fueris locutus ut se custodiat impius a uia sua: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annuntiante te ad impium ut auertat suam conuertatur: nisi fuerit conuersus a uia sua: ipse in iniquitate sua morietur: porro tu animam tuam liberasti. Meridies ergo montis contra affricum exponitur: de quo iterum dominus ad elechielem loquitur. Fili hominis: pone faciem tuam contra uiam austri: & stilla ad affricum. Ad affricum stillatur: cum puncto prædicationis: gemitus compunctionis: uel ob recordationem peccatorum: uel ob etiam unum desiderium suspiratur. Sunt certus ei in cariathbaal: quæ ciuitatem habens: uel ciuitas habitatio interpretatur: quia per prædicationis instantiam. & ipse ubi prædicator dignus existimatur: quæ supernæ ciuitatis municeps fieri meretur: & auditor fidelis: ciuitatis dei uiuentis efficitur: Cariathbaal: cariathyarim uocatur: quæ urbs siluarum. quia per prædicationis officium multitudo fidelium subditorum propagatur. Cariathyarim urbs filiorum iuda esse memoratur: quia prædicationis abundantia illis diuinitus condonatur: quia diuinæ confessionis debitum uita & uoce persoluere die noctuque conantur: Hæc plaga contra mare & occidentem extenditur: quia hac diuisione doctorum & subditorum uita comprehenditur. Sequitur. A meridie autem ex parte cariathyarim egditur omnium contra mare. & pueniunt usque ad fontes aquarum nepthoa: descendunt que in partem montis qui respicit uallem filiorum hinnom: & est contra septentionalem plagam in extrema parte uallis raphaym: descendunt que gehennom. id est uallis hinnom. iuxta latus iebusei ad austrum. & pueniunt ad fontem rogel. conuertens ad aquilonem. & egdiens ad ensemes. id est fontem solis: & pertransit usque ad tumulos qui sunt ex regione ascensus adomym: descendunt que ad abenboen ad campestria: descendunt que in planiciem. & pertegditur contra aquilonem. bethagla: sunt que certus ei contra linguam maris salsissimi ab aquilone. in fine iordanis ad australem plagam: quem terminum illum

a

b interpretatur: